



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

VI. Ligamen. Honestas publica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

hoc difficile est , ideo talia coniubia  
dissuadebis , præsertim cum possint  
confusiones graues ex causâ diuersas  
Religionis suboriri.

## NUM: VI.

*De impedimento ligaminis, & publica  
honestatis.*

Ligamen h̄ic dicitur vinculum , vi-  
uente adhuc personā prioris con-  
jugii ; quā superstite nullum esse Ma-  
trimonium cum alterā personā clarum  
est. Quare incumbit tibi attendere,  
præsertim circa personas ignotas , &  
quæ aliquando Matrimonium iniue-  
rint ; requiritur enim certitudo , sal-  
tem moralis , de morte alterius con-  
jugis , ex arbitrio prudentum , attentis  
circumstantiis omnibus ; veriusque est  
non sufficere unicum testem , et si ali-  
qui putent sufficere fide dignum , si  
coniunx obierit in loco distanti , neq;  
haberi possint aliae probationes ; non  
sufficit autem longissima absentia , nec

M 2

sola

268 *Institutionum Pastorlaium*  
sola fama mortis; nisi fortè tanta si-  
mul essent indicia, ut prudenti nullus  
amplius dubitandi locus relinquere-  
tur. Vide Sanchez.

Honestas publica etiam dirimit  
Matrimonium: est autem propin-  
quitas proueniens ex sponsalibus  
validis, & cum certâ personâ: ne-  
que refert, quòd sponsalia fuerint  
dissoluta, nisi fortè, si mutuo con-  
fensu: nunc tamen tantùm dirimit  
vsque ad primum gradum, & quidem  
solius consanguinitatis: impedit au-  
tem etiam post mortem alterius ex  
sponsis. Præterea idem impedimentum  
oritur ex matrimonio rato, licet irri-  
to, modò ex aliâ causâ, quâm ex de-  
fectu consensûs, & quidem hoc vsque  
ad quartum gradum inclusuè; id enim  
declarauit Pius V. apud Sanchez.

NVM: VII.

*De impedimento Impotentiæ, Raptûs,  
& reliquis.*

Impo-